

Bibl. Th I A. 22. (2. Exp.)

(1)

J.W.

Sebastianus Brant Joanni frōben de Hammelburg Impressorū
Artis insigni chalcographo: compatri sibi longe amato Salutem.

Quod facere nānum gubernatores solent: vt maria/ portus/litora/ insulas/ intra vñā paginam colligant:
vnde quantum peractum/ quantumq; super sit itineris ratiocinentur: **I**dem tibi nunc arbitror faciendum sua/
uissime compater: i **B**ible per te iam ex integro repetita eris eparatione. **N**am cum triennio iam ferme trans/
acto: totius diuine historie paginam (quā **B**iblīam vocat) sedulo ac nouiter tua chalcographia excideres: in/
credibile dictu est: q̄ p̄clarū q̄q̄ accōmodatissimū omnibꝫ litterarie palestre studiosis per te prodierit opus.
Quandoquidem singula textus verba/glosulas suas taz interlineares/ q̄ marginales sive ordinarias: ita ap/
propriate/ itaq̄ distinctim/ eadem etiam facie et aspectu/ signaturis suis preferunt: usq; ad eo / vt pro minimo
(vt ita dixerim) verbiolo sive dictiuncula/ne folium quidē vertere opus sit: **E**rat preterea videre in hoc quod
dixi opere: suo loco et ordine doctissimi patris **N**icolai de lyra/plurimū utlis concinnas tam literalis q̄ mo/
ralis postillatio. **A**t (quod plurimū imprimis lectorem recreare potest) non desit **J**uris canonici: vna cum cu/
iuscunḡ alterius etiam loci biblie concordantia; sive concors in margine vtrīq; apposita consonantia. **O**r si
media cuiusq; charte vtrilibet inspicatur facies: mox sece offert/ grandioris aliquantuluz characteris textus:
paruas quasdam litterulas/ sua indicantes glosomata desuper habens. **S**in vero dextre parte conspiciatur
cornu: vt plurimū manu annotata/glosa offenditur ordinaria. **A**t ex eiusdem lateris parte/ characteruli quidā/
tam textui q̄ margini appositi: sibi q̄ inuicem correspondentes. **E**x aduerso autem id est sinistro: sum: nihil omi/
nus aduertendē sunt litterule prope textum vagātes: **I**lle nempe diuī patris lyrani glosas representat. **Q**uia
vero nonnullē ex eisdem (quas dixi) litterulis/cruce munite reperiūtur: he proculdubio moralitates lyre (pro/
prium iam suum vendicantes locum) pateſciunt. **Q**uo quidem in opere/ etiā illud omittere nō fuit animus:
q̄ in fine videlicet cuiuslibet columnae: signa quedam & certa verba sibi inuicem correspondentia/ apposita in/
ueniunt. **A**t quibus quidem hoc sigillum **S** in principio vel fine locatum: glose ordinarie cōtinuationē signi/
ficat. **V**erbū vero continuationis posituz cum **A** rosula in fine vnius columnae/ quod similiter repetit in prin/
cipio alterius concomitantis columnae/ cōmentariorum lyre denotat subsequentiam. **S**tellula autē si quan/
doq; occurrat: ipsi lyre moralitates aptatissimas irradiat. **A**ddo q̄ et singularis doctrine viri magistri Bur/
genis ad lyram additiones/ cum replicis expolitissimis magistri **M**attie **T**horin in fine cuiuslibet capitu/
li subiuncte reperiunt. **O**r si ppter varias diversasq; biblie interpretationes/textus aliquādo sibi inuicem discor/
dat: vel aliter atq; aliter translatus reperi: continuo vtrīq; sibi t̄ crucis correspōdet effigies: his adiūcti ver/
bus: alia sic: vel sic t̄c. **D**ulta vero ex his iam: idē q̄ te nouiter sunt vel immutata: vel elegantius innouata: q̄
diligens lector: haud grauatim notare poterit. **V**erum enī uero tu sollers & mire opifex rerum/hoc tali t̄tōq;
et tam prestantissimo nondū contentus labore: cum deniū atq; ex integro/ formis excidere pristinum opus p/
posueras: & tamen adhuc aliquid deesse tibi videretur: quod ad tam splendidi operis illustrationem accedere
posse arbitraris: voluisti tu quidem humanissime compater: nō nihil oneris/ etiam humeris nostris (tameſi
imbecillibus) imponere. **O**r et glosas singulas perlegerem. **E**x his queq; notatu digna/ cum textus ipſi/
us distinctionibus exerceperem: atq; margini annotarem/ tu me solus/ et quidem sedulo/ exorasti. **A**dhībui pro/
mea virili (etiā inter occupationes meas cū publicas tū priuatas nō mediocres) hanc operaz petītā. **I**dq; eo
libentius studiosiusq;: quo multis hunc nostrū laborem et placitum & profutum non modo sperabam/ sed &
certo certius intelligebā. **E**xornat autem mirum in modum/ hanc tuam repetitam impressionez: elegans ista ex/
tentasq; papyrus: que et ampliores pre se fert margines: et oblonga lataq; exhibet frontispicia. **E**terius mō
pater exoptatissime: cura (vt facis) quo singula veluti occipisti/ in fine usq; castigate elimateq; pficiant. **N**az
et inde apud immortale deum/ eternitatatis premiu: et ex hominibus laudem sis habiturus & honore. **P**taq;
tua diligentia/ reliqua absoluē & me ama. **E**x argentina Idibus Septembribus Anno dñi. 1501.